tio seruiat pluribus, uelut in margine uides, quod singulis sunt duæ æstimationes in 1 cu.p: 20, æquali 15 pos. neutrum contingit non primum, quia 2 est minus, & 3 est maius, neque potest esse pars numeri. Nec secundum, quia oporteret ut addito 1 uel 10 ad 15 ℞ 16 uel 25, diuidendo 20, produceret idem 1 uel 10 & non fit, nã exeunt 4 uel 5.

1 cu.p:4	2	6 pos.℞ 3 m:1
1 cu.p:6	2	7 pos. 1
1 cu.p:8	2	8 pos.℞ 5 m:1
1 cu.p:12		34 pos.
3 p:℞ 7		
3 m:℞ 7		
1 cu. p:20		15 pos.

De comparatione numeri æquationis ad partes numeri rerum. CAP. XLIII.

Sit a b superius 12, & ex b c latere tertiæ partis in c a fit 16, maximum quod esse potest. Sit ergo b f æqualis a b, & quadrata superficies g e, ex cuius latere in residuum e f fiat 8, & hæc diuisio est quam quærimus. Sit ergo b k, cuius tertia pars sit quadratum b h, ex cuius latere in residuum esset, fiat 8, erit ergo b l ℞ cu.4, b h ℞ cu.16, l k ℞ cub.128, qua ducta in b l fit ℞ cu.512 scilicet 8. Igitur tota b k est cu.432. Habemus ergo duo nota b c in c a, sed productum non est 8



b l in l k, quorum productum est 8, sed b k non est 12, & b g in e f, & est 8, & b f 12, sed non est nota diuisio facta in e. Proportio ergo a c ad k l, est ut quadrati b c ad quadratum b l, quare ut b c ad b l duplicata: cum uerò proportio solidi b c in c a, sit dupla ad solidum ex b l in l k, erit c a ad l k uelut quadrati ꝓportionis ad ℞ cub. quad. quad. proportionis, & b c ad b l, ut proportionis ad ℞ cu. quad. proportionis. Proportio autem k l ad e f, est ut c b ad b l, quare b e ad b l duplicata ei quæ est k l tetragonici ad e f tetragonicum. Habet ergo diuisio b k per l h proportionem notam in omnibus partibus, ut liquet cum b a diuisa in c: & habet etiam proportionem notam cum b f, diuisa in e, quia ut dixi proportio k l ad e f, ut e b ad b l, est autem e g ad b h duplicata ei quæ est e b ad b l. Si ergo coniungantur hæ proportiones, quoniam extremorum componitur ex intermedijs, & maximè quod differentia e g & a c est æqualis differentiæ quadrati b c & e f, seu gnomo e m g æqualis differentiæ a c & f e. Per 34 undecimi El.